

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Cursus studiorum monasticorum, sive series sublimium  
disciplinarium - Cod. Ettenheim-Münster 99-110**

Theologica universa - Ettenheim-Münster 108 - Tom. II

**Cartier, Gallus**

**[S.I.], 1795**

Proloquium

[urn:nbn:de:bsz:31-111018](#)

*Tomi Secundi  
Theologiae Universalis*

*Theologiae  
Universalis Etiam*

*Tomi Secundi.*

*Tractatus Quartus.*

*De  
Gratia Christi.*

*Prologium. i.*

Exponso pro viribus nostris au-  
gustissimo Incarnationis Dominica  
Mysterio, Studi nostri Theologici rati-  
o et oboe postulat, ut de Gratia Christi  
dixeramus. Emperio Incarnationis  
se habet ad gratiam, sicut causa ad  
effectum, fons ad vivum: namque,  
ex dictis priori Tractatu, Filiis Dei,  
incarnatus, factus est nobis justitia et  
sapientia, quatenus nobis promeritus  
est omnia gratiarum genera, quas  
tanquam vivificum Ecclesia caput in  
eam, que est corpus ejus, continuo in-  
fluit. Ergo postquam precedenti Trac-  
tatu ea, quo Incarnationem spectant,  
expendimus, modo nobis exponendi re-  
munt fructus ejus, id est, quam pretio-  
sa, quam magnifica, quamque necesa-  
ria sint gratiarum dona, que ex illo  
Mysterio emanant, demonstrandum.

Arduum profecto ac plenum ho-  
pilis aggredimus disputationis argu-  
mentum, totum summorum ingeniorum  
raufragio famosum, ut proiis aceeden-  
tibus timorem iniiciat. Suavitate

2. quidem suā mortalium animos gratia demul-  
cet; at circumfusa terret obscuritatem:  
blanditur officiis, sed pungit auleis. Si bene-  
ficiam gratia in dolem, si derivata in nos  
ipsius immensa commoda spectaverimus,  
nihil ad cognoscendum gratia salubris,  
jucundus nihil. Est illa coelestis aura  
particula, quā benignè afflati, ac divina  
natura participes facti, Dei filii nomi-  
natur et sumus. Est fons aqua viva  
salientis in vitam aeternam. Si vero gra-  
tia vim internam, si operandi modum,  
si menewam distributionis, vel cum  
humana libertate concordiam inspicere  
proponit, ac rimari tentaverimus, quam  
tenetrosa, quam humano menti imper-  
via, et inaccessa divinorum arcanorum  
Majestas! Hinc S. Augustinus stren-  
uus ille Gratiae Christi vindicet, Quæstio

\* lib. de gratia ista, inquit\*, ubi de arbitrio voluntatis,  
Christi c. 47. n. 52. et Dei gratia disputatur, ita est ad dis-  
cernendum difficultis, ut, quando defen-  
ditur liberum arbitrium, negari Dei  
gratia videatur; quando autem af-  
firatur Dei gratia, liberum arbitrium  
putetur auferri.

Rescit ac minè implicatur hujus  
disputationis obscuritas non solum ex  
variis et extreme contrariis hereticorum  
erroribus, sed etiam ex concertationibus  
inter Catholicos Lubortis. Omnes quidem  
media et regia via incedere nituntur,

quia tamen illam arctam et angustam 3.  
Haeretici reddiderunt, vix possum iter per-  
agere, quin ad Dexteram vel Sinistram  
declinare videantur, maxime vero cum  
nonnulli, quod minimè nobis probatur,  
privata sua sensa velut totidem fidei  
decreta liberius obtinendo, se le mutua  
censura misere discerpunt ac dilacerant.

Quantum dogma fidei spectat, vero  
Catholico satis est, si agnoscat ac fatea-  
tur 1. Summe potentem esse vim gra-  
tia coelestis ad inclinanda, quo Deus vo-  
luerit, hominum corda. 2. Vim illam  
seu virtutem gratiae à Deo autore et  
parente esse. 3. Sub ea dominatrice  
liberam semper remanere hominis vo-  
luntatem, ut ipsi obsequatur vel resis-  
tat. 4. Humanam voluntatem divi-  
na gratia exultatam et adjitam acti-  
vè concurrere ad opus bonum. 5. De-  
nique, indivisam esse, non partitam,  
gratiae et libertatis, quoad opus bo-  
num, actionem.

Quantum vero ad Schola circa eam-  
dem gratiam opiniones, quo salva fidei  
veritate ac maiestate hinc inde à The-  
ologis proponuntur, facile eas quilibet  
Catholicus ignorare vel negligere potest,  
cum ad propugnandum fidei dogma  
quidquam certi non conferant.

Certe ut ut in Schola Theologi qui  
ideas tuentur, eisdem perspicuitatem  
aliquam adspicere conentur, Semper

Gratia domini  
bonitatem  
auleis Silvae  
iusta in nos  
petaveramus  
tia Salzburg  
coelestis auctor  
fleti, actione  
Dei filium  
ns aqua  
m. Si  
erandi  
tions, vi  
ordianum  
taverum  
na ment  
orum area  
Augustinus  
index, du  
trio volunta  
r, ita est ab  
quando syne  
n, negar  
ndo autem  
um arbitrio  
uplicatus  
non solvi es  
is Harsthorn  
onversationis  
Omnes quid  
ere mituntur

4. tamen aliquid reconditum, et ab omni co-  
gnitione nostra remotum relinquent.

Nosigitur, quavis eas non omni-  
no contemnamus, sed, quantum possunt,  
valere jubemus; utpote quae ad inge-  
niorum exercitium, et Gidei eluciida-  
tionem utcumque conferre videantur.  
illis tamen hic longius immorari haud  
est animus. Ad Gidei dogma, quod  
Ecclæsia iudicio ac sententia definitum  
est, præcipue intenti, eas singulatum  
retulisse, et velut enumerasse duntanat  
Sufficere arbitramur.

Totam porro de Gratia Christi  
materiam quinque Capitibus conbe-  
dimus. In 1<sup>o</sup> De varia acceptione  
et divisione gratia differemus. In 2<sup>o</sup>.  
Præcipuos contra Gratiam errore, refe-  
remus. In 3<sup>o</sup>. De diversis natura Sta-  
tibus agemus. In 4<sup>o</sup>. De Gratia  
habituali. In 5<sup>o</sup>. Denique, De Gra-  
tia actuali differemus.